

Pars prior

*Alexander Phrygius, Priami filius, Helenam rapit*

Summarium

*Cum Menelaus<sup>1</sup>, Spartae<sup>2</sup> rex, in insula Cretae<sup>3</sup> esset, Alexander<sup>4</sup> Spartam venit et in domum regis tamquam amicus acceptus est. Ibi captus est amore Helenae<sup>5</sup>, Menelai pulcherrimae coniugis, eamque rapuit. Cum facinus Cretae nuntiatum est, Menelaus Spartam rediit, ubi alii Graeci reges iam convenerant. Omnium regum consilio, Menelaus, Palamedes<sup>6</sup> et Ulixes<sup>7</sup> Troiam missi sunt ut Helenam peterent.*

1	Alexander Phrygius <sup>8</sup> , Priami <sup>9</sup> filius, Spartae in domum Menelai hospitio <sup>10</sup> receptus,
2	indignissimum facinus perpetraverat <sup>11</sup> . Is namque, ubi animadvertit <sup>12</sup> regem
3	abesse, quod erat Helena praeter ceteras Graeciae feminas miranda <sup>13</sup> specie, amore
4	eius captus ipsamque et multas opes domo eius aufert <sup>14</sup> . Postquam Cretam nuntius
5	venit, per omnem insulam fama in maius <sup>15</sup> divulgatur <sup>16</sup> . Quis <sup>17</sup> cognitis Menelaus,
6	etsi abstractio <sup>18</sup> coniugis animum permoverat <sup>19</sup> , multo amplius tamen ob iniuriam
7	consternabatur <sup>20</sup> . At ubi animadvertit Palamedes regem ira atque indignatione
8	consilio excidisse <sup>21</sup> , ipse naves parat.
9	Dein pro tempore regem breviter consolatus <sup>22</sup> , navem ascendere <sup>23</sup> facit atque paucis
10	diebus Spartam pervenire <sup>24</sup> . Eo iam Agamemnon <sup>25</sup> et Nestor <sup>26</sup> omnesque, qui ex
11	origine Pelopis <sup>27</sup> in Graecia regnabant <sup>28</sup> , cognitis rebus confluxerant <sup>29</sup> . Igitur
12	postquam Menelaum advenisse sciunt, omnes in unum coeunt <sup>30</sup> . Et quamquam
13	atrocitas <sup>31</sup> facti ad indignationem <sup>32</sup> ultumque <sup>33</sup> rapiebat, tamen ex consilii sententia
14	legantur <sup>34</sup> prius ad Troiam Palamedes, Ulixes et Menelaus hisque mandatur, uti <sup>35</sup>
15	Helenam et quae cum ea abrepta erant <sup>36</sup> repeterent <sup>37</sup> .

<sup>1</sup> Menelaus, -i

<sup>2</sup> Sparta, -ae

<sup>3</sup> Creta, -ae

<sup>4</sup> Alexander, -dri

<sup>5</sup> Helena, -ae

<sup>6</sup> Palamedes, -is: Menelai amicus

<sup>7</sup> Ulixes, -is

<sup>8</sup> Phrygius: ex regione Phrygia, ubi est Troiae urbs

<sup>9</sup> Priami: Priamus, -i; Troiae rex

<sup>10</sup> hospitio: tamquam amicus

<sup>11</sup> perpetraverat: fecerat

<sup>12</sup> animadvertit: sensit

<sup>13</sup> miranda: pulchra

<sup>14</sup> aufert: rapit

<sup>15</sup> in maius: (fama) maior quam verum est

<sup>16</sup> divulgatur: nuntiat

<sup>17</sup> quis: quibus

<sup>18</sup> abstractio coniugis: quod coniunx rapta erat

<sup>19</sup> permoverat: moverat

<sup>20</sup> consternabatur: turbabatur

<sup>21</sup> consilio excidisse: furore captum esse

<sup>22</sup> consolatus: consolor, -aris, -atus sum, -ari; dolorem tollo

<sup>23</sup> navem ascendere facit: eum in navem ponit

<sup>24</sup> pervenire: pervenerunt

<sup>25</sup> Agamemnon, -onis

<sup>26</sup> Nestor, -oris

<sup>27</sup> ex origine Pelopis: ex domo Pelopis (Pelops, -opis)

<sup>28</sup> regnabant: reges erant

<sup>29</sup> confluxerant: convenerant

<sup>30</sup> coeunt: simul eunt

<sup>31</sup> atrocitas: atrocitas, -atis, n. f.; turpe factum

<sup>32</sup> indignationem: dolorem

<sup>33</sup> ad... ultum: ad vindicandum

<sup>34</sup> legantur: mittuntur

<sup>35</sup> uti: ut

<sup>36</sup> abrepta erant: rapta erant

<sup>37</sup> repeterent: peterent

1. Completa la parafrasi del brano letto, inserendo negli spazi il numero del termine mancante.

Attenzione: le parole sono in numero superiore a quello necessario (8 punti).

Alexander Phrygius, e Priamo \_\_\_\_\_, quamquam Spartam domum Menelai acceptus erat, tamen turpem rem suscepit. Dum rex Cretae erat, ille, amore correptus, de regia rapuit Helenam, Menelai \_\_\_\_\_, ex omnium mulierum pulcherrimam, atque cum ea multas \_\_\_\_\_ abstulit. Cum nuntius quidam Cretam pervenisset, omnia \_\_\_\_\_ Alexander iniuste fecerat omnibus cognita sunt. Tum Menelaus, \_\_\_\_\_ captus est, magis contumeliā quam raptae mulieris dolore. Cum Palamedes, qui regem consulebat, id \_\_\_\_\_, primum Menelaum consolatus est, deinde eum induxit ut nave \_\_\_\_\_ peteret. In urbe Sparta iam omnes Graeci duces pervenerant, qui statuerunt ut Troiam Palamedes, Ulixes et Menelaus \_\_\_\_\_ ad Helenam petendam cum omnibus bonis quae subducta erant.

1. omnibus	13. natus	7. mitterentur	10. postulandam
2. coniugem	5. cognovisset	8. quae	11. ira
3. uxor	6. pervenientibus	9. Troiam	12. raptum
4. divitias	14. Ulixes	15. urbe	16. Spartam

2. Leggi le seguenti informazioni riferite al testo e BARRA LA RISPOSTA ESATTA SCEGLIENDO TRA VERUM/FALSUM/ NON LIQUET (7 punti)

1. Dum Menelaus abest, Alexander Phrygius Spartaē receptus est	V	F	NL
2. Helena cum multis opibus abducta est	V	F	NL
3. Menelaus amore coniugis raptae turbatus est amplius quam iniuria accepta	V	F	NL
4. Palamedes in Alexandrum maxime iratus erat	V	F	NL
5. Menelaus ira atque indignatione navem non ascendit	V	F	NL
6. Omnes reges, qui ex domo Pelopis erant, Spartam venerunt	V	F	NL
7. Palamedes, Ulixes et Menelaus Cretam missi sunt	V	F	NL

3. Barra la risposta corretta fra quelle proposte E RIPORTA LA LETTERA CORRISPONDENTE NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (N.B.: Fa fede solo quanto trascritto nella tabella) (5 punti)

1. Cur Alexander Phrigius indignissimum facinus fecerat?

- a. Quia in domum Menelai receptus erat
- b. Quod rex a regia aberat
- c. Quod amore Helenae captus erat
- d. Quia multas opes auferre volebat

2. Quando fama Alexandri facinoris in insulam Cretam pervenit?

- a. Postquam nuntius Cretam venit
- b. Postquam Menelaus ira captus est
- c. Postquam Menelaus Alexandri facinora cognovit
- d. Cum Palamedes facinus nuntiavit

3. Cur Menelaus consternabatur?

- a. Quia Helenam multum amabat
- b. Quia facta domi suae omnibus nota erant
- c. Quod iniuriam passus erat
- d. Quia Palamedes eum consolatus non est

4. Quid fecit Palamedes?

- a. Palamedes ira atque indignatione captus est
- b. Palamedes naves paravit ut Menelaus Spartam perveniret
- c. Palamedes in insulam Cretam Agamemnonem convocavit
- d. Palamedes in Graeciam cum Agamemnone convenit

5. Quae fuit regum sententia?

- a. Iniurias vindicandas esse
- b. Reges de facto indignatos esse
- c. Palamedem, Ulixem et Menelao comitibus, ad Troiam mitti
- d. Menelaum ipsum ad Troiam mitti

1	2	3	4	5

4. Barra la risposta corretta fra quelle proposte e RIPORTA LA LETTERA CORRISPONDENTE NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (N.B. : Fa fede solo quanto trascritto nella tabella) (8 punti)

<p>1. (r. 2) <b>ubi</b> introduce:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. una proposizione interrogativa</li> <li>b. una proposizione relativa</li> <li>c. una proposizione temporale</li> <li>d. una proposizione causale</li> </ul> <p>2. (r. 3) <b>quod</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. pronome relativo</li> <li>b. nesso relativo</li> <li>c. aggettivo interrogativo</li> <li>d. congiunzione causale</li> </ul> <p>3. (r. 4) <b>eius</b> si riferisce a:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. Alexander</li> <li>b. Menealus</li> <li>c. Helena</li> <li>d. Graeciae feminae</li> </ul> <p>4. (r. 6) <b>ob iniuriam</b> esprime:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. il mezzo</li> <li>b. il modo</li> <li>c. la causa</li> <li>d. l'origine</li> </ul>	<p>5. (r. 8) <b>ipse</b> si riferisce a:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. Alexander</li> <li>b. ira</li> <li>c. rex</li> <li>d. Palamedes</li> </ul> <p>6. (r. 10) <b>eo</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. avverbio di tempo</li> <li>b. avverbio di luogo</li> <li>c. pronome determinativo in caso ablativo</li> <li>d. pronome determinativo in caso dativo</li> </ul> <p>7. (r. 10) <b>qui</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. pronome relativo riferito a <i>Agamemnon</i></li> <li>b. pronome relativo riferito a <i>omnes</i></li> <li>c. nesso relativo</li> <li>d. avverbio relativo</li> </ul> <p>8. (r. 15) <b>cum</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. congiunzione temporale</li> <li>b. congiunzione causale</li> <li>c. preposizione con l'ablativo (compl. di modo)</li> <li>d. preposizione con l'abl. (compl. di compagnia)</li> </ul>
---	---

1	2	3	4	5	6	7	8

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito (4 punti)

A. (Alexander) Spartae in domum Menelai hospitio **receptus**

**Cum** Spartae in domum Menelai hospitio \_\_\_\_\_

B. (Alexander) amore **captus** eam et multas opes domus eius aufert

(Alexander) **quia** amore \_\_\_\_\_ eam et multas opes domus eius aufert

C. ipse naves **parat**

**ab ipso** naves \_\_\_\_\_

D. Eo omnes **cognitis rebus** confluxerant

Eo omnes, postquam res \_\_\_\_\_ confluxerant

## Pars altera

### De pugna Troianorum contra Sidonios

#### Summarium

*Dum legati Troiam veniunt, Alexander ad insulam Ciprum fugit, ubi aliquot naves cepit. Deinde ad terram Sidoniorum<sup>1</sup> nave pervenit. Ibi Phoenicem<sup>2</sup> regem, qui eum tamquam amicum receperat, occidit atque omnes divitias ex regia rapuit. Cum Alexander navibus fugere vellet, populus Sidoniorum magnum tumultum fecit atque contra Troianos proelium commisit. Ex utraque parte multi occisi sunt. Denique, quamquam duae Troianae naves incensae sunt, Troiani reliquis navibus effugiunt.*

Legati paucis diebus ad Troiam veniunt. Neque tum Alexandrum in loco **offendēre**<sup>3</sup>; eum namque venti ad Ciprum **appulēre**<sup>4</sup>, unde sumptis aliquot navibus Phoenicem **delapsus**<sup>5</sup> Sidoniorum regem, qui **eum amice susceperat**<sup>6</sup>, noctu insidiis **necat**<sup>7</sup>, eademque, qua apud **Lacedaemonam**<sup>8</sup>, cupiditate, universam domum eius **in scelus proprium convertit**<sup>9</sup>. Ita omnia, quae **fuēre**<sup>10</sup> indigne rapta, ad naves deferri iubet. Sed ubi **ex lamentatione**<sup>11</sup> eorum qui **aufugerant**<sup>12</sup>, tumultus ortus est, populus omnis ad regiam concurrat. Inde, quod iam Alexander, abreptis quae cupiebat, **ascensionem**<sup>13</sup> properabat, pro tempore armati ad naves veniunt ortoque inter eos acri proelio cadunt **utrinque**<sup>14</sup> plurimi, cum hi regis **necem defenderent**<sup>15</sup>, hi, ne amitterent **partam**<sup>16</sup> praedam summis opibus **adniterentur**<sup>17</sup>. Incensis deinde duabus navibus, Troiani reliquas strenue defensas liberant. Atque ita fatigatis iam proelio hostibus **evadunt**<sup>18</sup>.

<sup>1</sup> **Sidonii, -orum**: antiquus populus

<sup>2</sup> **Phoenicem**: Phoenix, -nicis.

<sup>3</sup> **offendēre** (offenderunt): invenerunt.

<sup>4</sup> **appulēre** (appulerunt): duxerunt

<sup>5</sup> **Phoenicem delapsus**: cum Phoenicem invenisset

<sup>6</sup> **eum amice susceperat**: eum in amicitiam acceperat

<sup>7</sup> **necat**: occidit

<sup>8</sup> **Lacedaemonam**: Spartam

<sup>9</sup> **in scelus proprium convertit**: scelere suam facit

<sup>10</sup> **fuēre**: fuerunt

<sup>11</sup> **ex lamentatione**: ex clamore

<sup>12</sup> **aufugerant**: fugerant (ex regia, post regis caedem)

<sup>13</sup> **ascensionem**: fugam

<sup>14</sup> **utrinque**: ex utraque parte (et ex Sidoniis et ex Troianis)

<sup>15</sup> **regis necem defenderent**: regis caedem vindicarent

<sup>16</sup> **partam**: captam

<sup>17</sup> **adniterentur**: conarentur

<sup>18</sup> **evadunt**: effugiunt

6. Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nella parafrasi del brano letto (6 punti)

Legati celeriter Troiam pervenerunt, sed Alexandrum ibi non invenerunt: nam ille ad Cyprum fugerat et inde ad domum \_\_\_\_\_, Sidoniorum regis, pervenerat. Quamquam \_\_\_\_\_ Alexandrum in amicitiam acceperat, tamen Priami filius eum noctu perfide \_\_\_\_\_ eiusque divitias abstulit. Deinde praedam navibus ponendam curavit; sed Sidoniorum populus magnum clamorem fecit et ad regiam concurrat. Postea, cum iam Alexander profecturus erat, aliquot Sidonii armati ad \_\_\_\_\_ venerunt. Ibi acriter inter Troianos atque Sidonios pugnatum est et plurimi ex utraque parte ceciderunt. Illi ad praedam defendendam \_\_\_\_\_, hi ad regem Phonicem vindicandum. Sidonii \_\_\_\_\_ naves incenderunt, sed Troiani cum reliquis navibus profecti sunt.

occido, is, occidi, occisum, ere

duo, duae, duo

Phoenix, -nicis

is, ea, id

pugno, as, -avi, -atum, -are

portus, us, m.

7. Trasforma le seguenti proposizioni, secondo quanto suggerito (6 punti).

A. Neque tum Alexandrum in loco offendere; eum **namque** venti ad Ciprum appulere (appello, -is, appuli, appulsum, -ĕre)

Neque tum Alexandrum in loco offendere, **cum** eum venti ad Ciprum

\_\_\_\_\_

B. regem, **qui eum amice susceperat**, noctu insidiis necat

regem, **postquam** eum amice \_\_\_\_\_, noctu insidiis necat

C. Ubi tumultus ortus est, populus omnis ad regiam concurrat.

**Tumulto** \_\_\_\_\_, populus omnis ad regiam concurrat.

D. **abreptis** quae cupiebat, ascensionem properabat (abripio, -is, -ripui, -reptum, -ĕre)

**cum** \_\_\_\_\_ quae cupiebat, ascensionem properabat

E. **orto acri proelio** cadunt utrinque plurimi

**quod acre proelium** \_\_\_\_\_, cadunt utrinque plurimi

F. cum, **ne amitterent partam praedam**, summis opibus adniterentur

cum, **ne parta praeda** \_\_\_\_\_, summis opibus adniterentur.



## SOLUZIONI

### VALUTAZIONE

**A1:** 75% del punteggio totale della prima parte (primi 5 esercizi 24/32); viene attribuito l'A1 anche se lo studente svolge entrambe le parti e consegue almeno 24/44.

**A2:** 75% del punteggio totale 33/44, di cui almeno 8 nella seconda parte (ess. 6-7) .

1.

Alexander Phrygius, e Priamo \_NATUS (13)\_, quamquam Spartam domum Menelai acceptus erat, tamen turpem rem suscepit. Dum rex Cretae erat, ille, amore correptus, de regia rapuit Helenam, Menelai CONIUGEM (2)\_, ex omnium mulierum pulcherrimam, atque cum ea multas \_DIVITIAS (4)\_ abstulit.

Cum nuntius quidam Cretam pervenisset, omnia \_QUAE (8) Alexander iniuste fecerat omnibus cognita sunt. Tum Menelaus, \_IRA (11) captus est, magis contumeliā quam raptae mulieris dolore.

Cum Palamedes, qui regem consulebat, id \_COGNOVISSET (5)\_, primum Menelaum consolatus est, deinde eum induxit ut nave \_SPARTAM\_(16) peteret. In urbe Sparta iam omnes Graeci duces pervenerant, qui statuerunt ut Troiam Palamedes, Ulixes et Menelaus \_MITTERENTUR (7) ad Helenam petendam cum omnibus bonis quae subducta erant.

2. V-V-F-NL-F-V-F

3.

1	2	3	4	5
C	A	C	B	C

4.

1	2	3	4	5	6	7	8
C	D	C	C	D	B	B	D

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito (4 punti)

A. (Alexander) Spartae in domum Menelai hospitio **receptus**

**Cum** Spartae in domum Menelai hospitio RECEPTUS ERAT/RECEPTUS ESSET

B. (Alexander) amore **captus** eam et multas opes domus eius aufert

(Alexander) **quia** amore CAPTUS ERAT/CAPTUS EST eam et multas opes domus eius aufert

C. ipse naves **parat**

**ab ipso** naves PARANTUR

D. Eo omnes **cognitis rebus** confluxerant

Eo omnes, postquam res COGNITAE ERANT/COGNITAE SUNT/COGNOVERANT confluxerant

es. 6

Legati celeriter Troiam pervenerunt, sed Alexandrum ibi non invenerunt: nam ille ad Cyprum fugerat et inde ad domum \_\_PHOENICIS\_\_, Sidoniorum regis, pervenerat. Quamquam \_IS\_\_ Alexandrum in amicitiam accepisset, tamen Priami filius eum noctu perfide \_OCCIDIT\_ eiusque divitias abstulit. Deinde praedam navibus ponendam curavit; sed Sidoniorum populus magnum clamorem fecit et ad regiam concurrat. Postea, cum iam Alexander profecturus erat, aliquot Sidonii armati ad \_\_PORTUS\_\_ venerunt. Ibi acriter inter Troianos atque Sidonios pugnatum est et plurimi ex utraque parte ceciderunt. Illi ad praedam defendendam \_\_PUGNAVERUNT\_\_, hi ad regem Phonicem vindicandum. Sidonii \_DUAS\_\_ naves incenderunt, sed Troiani cum reliquis navibus profecti sunt.

es. 7

A. Neque tum Alexandrum in loco offendere; eum **namque** venti ad Ciprum appulere

Neque tum Alexandrum in loco offendere, **cum** eum venti ad Ciprum APPELLERENT/APPULISSENT

B. regem, **qui eum amice susceperat**, noctu insidiis necat

regem, **postquam** eum amice SUSCEPERAT/SUSCEPIT, noctu insidiis necat

C. **Ubi tumultus ortus est**, populus omnis ad regiam concurrat.

**Tumulto** ORTO, populus omnis ad regiam concurrat.

D. **abreptis** quae cupiebat, ascensionem properabat

**cum** ABRIPUISSET quae cupiebat, ascensionem properabat

E. **orto acri proelio** cadunt utrinque plurimi

**quod acre proelium** ORITUR/ORTUS EST/ORTUS ERAT, cadunt utrinque plurimi

F. cum, **ne amitterent partam praedam**, summis opibus adniterentur

cum, **ne parta praeda** AMITTERETUR, summis opibus adniterentur